donati; super est ut non diuisa· sed una sit auctoritas
uoluntatū; Ipso hoc apud patrem dño prosequente·
Pater: scifica illos in ueritate; uerbum tuum ueri
tas ē; Sicut tu me misisti in saeculo· & ego misi eos
in saeculo; Et p eis ego scifico me· ut sint & ipsi scifi
cati in ueritate; Non solum p his te rogo· sed & p
eis qui credituri sunt in me· p uerbum ipsorū; Ut om
nes unum sint,· sicut tu pater in me· & ego in te· ut
& ipsi sint in nobis; ut hoc saeculum credat· quia tu
me misisti· & ego mitto eos; Claritatē quā dedisti
mihi dedi eis· ut sint unū sicut nos unum sumus·
Ego in illis & tu in me· ut sint consummati in unū·,
ut cognoscat seculum· quia tu me misisti· & dilexisti
illos· sicut me dilexisti· Rapitur enī a dignis· salu
tare imperium· quisquis extulerit sacrę confessi
onis insigne· ·VIII·

Alia est dilectissimi immortalitas· quę sine concep
tione fragilitatis ē sempiterna· Alia quę largitate
conceditur; Nos aūt apostolis & martyrib; donatā
immortalitatē· negare non possumus; Sed illud ad
sumimus· post indemptam diuinitatē· nihil esse·